



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XL. De passionibus irascibilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

tristitia uel dolor, sit summum hominis malum.
 AD PRIMVM ergo dicendum, quod duo bona sunt communia & delectationi & tristitia. iudicium uerum de bono & malo, & ordo debitus uoluntatis approbantis bonum & recusantis malum. Et sic patet quod in dolore uel tristitia est aliquod bonum, pro cuius priuationem potest fieri deterius, sed non in omni delectatione est aliquod malum, per cuius remotionem potest fieri melius, unde delectatio aliqua potest esse summum hominis bonum eo modo quo supra dictum est: *tristitia autem non potest esse summum hominis malum.

AD II. dicendum, quod hoc ipsum, quod est uoluntatem repugnare malo, est quoddam bonum; & propter hoc tristitia, uel dolor non potest esse summum malum, quia habet aliquam permissionem boni.

AD III. dicendum, quod peius est quod nocet meliori, quam quod nocet peiori. malum autem dicitur, quia nocet, ut dicitur Aug. in Ench. unde maius malum est quod est malum animae, quam quod est malum corporis. unde non est efficax ratio, quam Augustinus inducit non ex sensu suo, sed ex sensu alterius.

QVAESTIO XL.

De passionibus irascibilis, & primo de spe & desperatione, in octo articulos diuisa.



CONSEQUENTER considerandum est de passionibus irascibilis.

Et primo, De spe, & desperatione. Secundo, De timore, & audacia. Tertio, De ira.

CIRCA primum quaeruntur octo.

¶ Primo, Vtrum spes sit idem quod desiderium, uel cupiditas.

¶ Secundo, Vtrum spes sit in ui apprehensiuā, uel in ui appetitiuā.

¶ Tertio, Vtrum spes sit in brutis animalibus.

¶ Quarto, Vtrum spei contrarietur desperatio.

¶ Quinto, Vtrum causa spei sit experientia.

¶ Sexto, Vtrum in iuuenibus, & ebriosis spes abundet.

¶ Septimo, De ordine spei ad amorem.

¶ Octauo, Vtrum spes conferat ad operationem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum spes sit idem quod desiderium, uel cupiditas.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod spes sit idem quod desiderium siue cupiditas. Spes enim ponit una quatuor principalium passionum, sed Aug. enumerans quatuor principales passiones, ponit cupiditatem loco spei, ut patet

Sum. q. 2. ar. 1. co. 2. & 3. d. 26. q. 1. ar. 1. co. & dicitur q. 4. ar. 1. co. & opus 3. c. 261.

A in 14. de Ciuit. Dei. ergo spes est idem quod cupiditas siue desiderium.

¶ 2. Præter. Passiones differunt secundum obiecta, sed idem est obiectum spei & cupiditatis, siue desiderii, scilicet bonum futurum. ergo spes est idem quod cupiditas, siue desiderium. Si dicatur quod spes addit supra desiderium possibilitatem adipiscendi bonum futurum; contra. Id quod per accidens se habet ad obiectum, non uariat speciem passionis, sed possibile se habet per accidens ad bonum futurum, quod est obiectum cupiditatis, uel desiderii, & spei: ergo spes non est passio specie differens a desiderio, uel cupiditate.

SED CONTRA. Diuersarum potentiarum sunt diuersae passiones specie differentes, sed spes est in irascibili, desiderium autem & cupiditas in concupiscibili. ergo spes differt specie a desiderio & cupiditate.

RESPON. Dicendum, quod species passionis ex obiecto consideratur: circa obiectum autem spei, quatuor conditiones attenduntur. Primo, quid est bonum: non enim proprie loquendo, est spes nisi de bono, & per hoc differt spes a timore, qui est de malo. Secundo, ut sit futurum: non enim spes est de presenti iam habito: & per hoc differt spes a gaudio, quod est de bono presenti.

Tertio, requiritur quod sit aliquid arduum cum difficultate adipiscibile: non enim aliquis dicitur aliquid sperare minimam, quod statim est in sua potestate ut habeat. & per hoc differt spes a desiderio uel cupiditate, quae est de bono futuro absolute, unde pertinet ad concupiscibilem, spes autem ad irascibilem. Quarto, quod illud arduum sit possibile adipisci: non enim aliquis sperat id quod omnino adipisci non potest, & secundum hoc differt spes a desperatione. Sic ergo patet, quod spes differt a desiderio, sicut differunt passiones irascibilis a passionibus concupiscibilis, & propter hoc spes praesupponit desiderium: sicut & omnes passiones irascibilis praesupponunt passiones concupiscibilis, ut supra dictum est.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Aug. ponit cupiditatem loco spei pro hoc, quod utrumque respicit bonum futurum. Et quia bonum quod non est arduum, quasi nihil reparatur, ut sic cupiditas maxime uideatur tendere in bonum arduum, in quod etiam tendit spes.

AD SECUNDVM dicendum, quod obiectum spei non est bonum futurum absolute: sed cum arduitate & difficultate adipiscendi, ut dictum est.

AD TERTIVM dicendum, quod obiectum spei non tamen addit possibilitatem super obiectum desiderii. Sed est arduitate, quae ad aliam potentiam facit spem pertinere. scilicet ad irascibilem, quae respicit arduum, ut in 1. dictum est.

possibile autem & impossibile non omnino per accidens se habent ad obiectum appetitiuam uirtutis. Nam appetitus est principium motionis: nihil autem mouetur ad aliquid nisi sub ratione possibilis. nullum enim mouetur ad id, quod existimat impossibile adipisci: & propter hoc spes differt a desperatione secundum differentiam possibilis, & impossibilis.

AD SECUNDVM dicendum, quod obiectum spei non tamen addit possibilitatem super obiectum desiderii. Sed est arduitate, quae ad aliam potentiam facit spem pertinere. scilicet ad irascibilem, quae respicit arduum, ut in 1. dictum est.

possibile autem & impossibile non omnino per accidens se habent ad obiectum appetitiuam uirtutis. Nam appetitus est principium motionis: nihil autem mouetur ad aliquid nisi sub ratione possibilis. nullum enim mouetur ad id, quod existimat impossibile adipisci: & propter hoc spes differt a desperatione secundum differentiam possibilis, & impossibilis.

ARTICVLVS II.

Vtrum spes sit in ui apprehensiuā, an in ui appetitiuā.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod spes pertineat ad uim cognitiuam. Spes enim uideatur esse expectatio quaedam. dicit enim Apostolus Ro. 8. Prima Secundae S. Thomae.

obiectum appetitus. ad idem enim consequendum mouet quod appetit: & ex differentia inter desiderium & spem, potest facile patere. Multi enim desiderant principatum, qui tamen non sperant illum: & multa difficilia bona concupiscuntur, quae non sperantur, propterea quia non estimantur ab appetentibus, ut possibilia eis euenire. unde & fatentur se concupiscere, uel desiderare, & non sperare.

Li. 14. c. 7. & 9. to.

*q. 25. ar. 1.

In cor. ar.

*p. p. q. 81. ar. 2.

2. 2. q. 18. ar. 1. cor. & 3. d. 26. q. 1. ar. 1. cor. Et q. 2. ar. 1. cor. Et uer. q. 4. ar. 2. corp.

L 4 Si

Si autem quod non uidemus, speramus, p[er] pat[er]iam expectam[us], sed expectatio v[er]o ad u[er]i cognitio[n]em p[er]tinet, cuius est expectare. ergo spes ad cognitio[n]em p[er]tinet.
¶ 2 P[re]t. Idē est, ut u[er]i, spes quod fiducia: v[er]i & sperantes confidentes uocamus, quasi pro eodē ut ētes eo, q[uo]d est confidere & sperare, sed fiducia sicut & fides, uidetur ad u[er]i cognitio[n]em p[er]tiner[e]. ergo & spes.
¶ 3 P[re]t. Certitudo est p[ro]p[ri]etas cognitio[n]is uirtutis: sed certitudo attribuitur sp[eci]i. ergo spes ad u[er]i cognitio[n]em p[er]tinet.

As. p[re]ced.

SED CONTRA. Spes est de bono, sicut dictū est. * Bonum aut[em] in quantum huiusmodi, nō est obiectū cognitio[n]is, sed appetitio[n]is uirtutis. ergo spes non p[er]tinet ad cognitio[n]em, sed ad appetitio[n]em uirtutem.

RESPON. Dicendum, q[uo]d cum spes importet ext[er]iorem quandam appetitum in bonum, manifeste p[er]tinet ad appetitio[n]em uirtutem. Motus n[on] ad res p[er]tinet p[ro]p[ri]e ad appetitum: actio u[er]o uirtutis cognitio[n]is p[er]ficitur non secundum motum cognoscētis ad res, sed potius s[ecundu]m quod res cognitā sūt in cognoscēte. Sed quia u[er]i cognitio[n]is mouet appetitio[n]em representando ei suum obiectum secundum diuersas rationes obiecti apprehensi, subsequuntur diuersi mot[us] in u[er]i appetitio[n]e. Alius n[on] motus sequitur in appetitio[n]e ex apprehensione boni, & alius ex apprehensione mali: & similiter alius motus ex apprehensione p[re]sentis & futuri, absoluti & ardui, possibilis & impossibilis: & secundum hoc spes est motus appetitio[n]is uirtutis, consequens apprehensionem boni futuri ardui possibilis adipisci. f. extensio appetitus in huiusmodi obiectum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quia spes respicit ad bonum possibile, infurgit dupliciter homini motus sp[eci]i, sicut dupliciter est ei aliquid possibile scilicet secundum propriam uirtutem, & secundum uirtutem alterius. Quod ergo aliquis sperat per propriam uirtutem adipisci, non dicitur expectare, sed sperare tantū, sed p[ro]p[ri]e dicitur expectare, q[uo]d sperat ex auxilio uirtutis alienā, ut dicat expectare, quasi ex alio spectare, in quantum suis apprehensio[n]e sua p[re]cedens non solū respicit ad bonum q[uo]d intēdit adipisci, sed et ad illud cuius uirtute adipisci sperat, s[ecundu]m illud Eccl. 5.1. Respiciēs erā ad adiutoriu[m] ho[m]inum. Motus ergo sp[eci]i q[uo]n[iam] que d[icitur] expectatio p[ro]p[ter] inspectio[n]em uirtutis cognitio[n]is p[re]cedentem.

AD SECYNDVM dicendum, q[uo]d illud q[uo]d hō desiderat, & estimat se posse adipisci, credit se adepturū, & ex tali fide in cognitio[n]e p[re]cedēte, motus sequēs in appetitio[n]e, fiducia nominatur. Denominat n[on] mot[us] appetitio[n]is a cognitio[n]e p[re]cedente, sicut effectus ex causa magis nota: magis n[on] cognoscit u[er]i apprehensio[n]e suam actum, quam actum appetitio[n]is.

AD TERTIVM dicendum, q[uo]d certitudo attribuitur motui non solū appetitus sensitio[n]is, sed et appetitus naturalis: sicut dicit, q[uo]d lapis certitudinaliter tendit deorsum, & hoc p[ro]p[ter] infallibilitatem quam habet ex certitudine cognitionis, que p[re]cedit motum appetitus sensitio[n]is, uel etiam naturalis.

ARTICVLVS III.

¶ Super qu[est]iōne qu[ar]agesime articuli tertium.

Vtrum spes sit in brutis animalibus.

3. di. 16. q. 11. ar. 1. cor.

IN articulo tertio omisso secundo dubium occurrit de eo quod dicitur, quod bruta non cognoscunt futura: uidetur enim hoc

AD TERTIVM sic proceditur. V[er]o, q[uo]d in brutis animalibus non sit spes. Spes enim est de futuro bono, ut Damas[us] dicit: sed cognoscere futura nō p[er]tinet ad animalia bruta, quā habēt solum co-

gnitionem sensitio[n]em, quā non est futurorum. ergo spes non est in brutis animalibus.

¶ 2 P[re]t. Obiectum sp[eci]i est bonū possibile adipisci: sed possibile & impossibile sunt quædam differētia ueri & falsi, quæ solum sint in mente, ut Philo[so]ph[us] dicit in 6. Met. * ergo spes nō est in brutis animalibus, in quibus non est mens.

¶ 3 P[re]t. Aug[ustinus] dicit super Gene[si]m ad litteram, quod animalia mouentur u[er]i: sed spes non est de eo quod uidetur. Nam quod uidet quis, quid sperat, ut dicitur Ro. 8. ergo spes non est in brutis animalibus.

SED CONTRA. Spes est passio irascibilis, sed in brutis animalibus est irascibilis. ergo & spes.

RESPON. Dicendum, q[uo]d interiores passiones animalium exterioribus motibus deprehendi p[oss]unt, ex quibus apparet, q[uo]d in a[n]i[m]ali brutis est spes. Si n[on] canis uideat leporem, aut accipiter autē nimis distantem, non mouetur ad ipsā, quasi non sperans se eam posse adipisci: si autē sit in propinquo, mouetur quasi sub spe adipiscēdi. V[er]o n[on] supra dictum est, * appetitus sensitio[n]is brutorum animalium, & et appetitus naturalis rerum insensibilium, sequuntur apprehensionem alicuius intellect[us] sicut & appetitus natura[rum] intellectio[n]is, qui dicitur uoluntas. Sed in hoc est differentia, quod uoluntas mouetur ex apprehensione intellect[us] coniuncti, sed motus appetitus naturalis sequitur apprehensionem intellect[us] separati, qui natura in stituit: & similiter appetitus sensitio[n]is brutorum animalium, quæ etiam quodam instinctu naturali agunt. V[er]o n[on] in operibus brutorum animalium, & aliarum rerum naturalium, apparet similis processus, sicut & in artibus operibus: & per hunc modum in animalibus brutis est spes, & desperatio.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod quamuis bruta animalia non cognoscant futurum, tamē ex instinctu naturali mouetur a[n]i[m]a ad aliquid in futurum, ac si futurum p[re]uideret. h[uius]m[od]i n[on] instinctus est eis inditus ab intellectu diuino p[re]uidente futura.

AD II. dicendum, q[uo]d obiectū sp[eci]i non est possibile, prout est quædam differentia ueri. sic enim cōsequitur habitudinem p[re]dicatam ad subiectum, sed obiectum sp[eci]i est possibile, quod dicitur secundum aliquam potētiā. sic enim distinguitur possibile in 5. Metaph. * scilicet, in duo possibilia p[re]dicata.

AD III. dicendū, q[uo]d licet id q[uo]d est futurū, nō cadat sub

& contra sensum, & contra ratione. Contra sensum quidem: quia mouetur ad futura, & appetit illa timent futura, & cauent ab illis. Contra rationem u[er]o, quia ad perfectionē animalis perfecti exigitur, quod cognoscit quicquid sibi conueniens, aut disconueniens est infra latitudinem cognoscibilium per animam sensitio[n]em: alioquin natura deiecit, sed pars sensitio[n]is extendit se ad temporis perceptionem, ut patet in memoria & distans, que secundu[m] tempus iunt conuenientia, & nota animalibus, ut patet in his que timentur, & sperantur: ergo animal perfectum debet percipere futura, que sunt absentia secundum tempus, sicut cognoscit distantia secundum locum. ¶ Ad euidētiā huius ambiguitatis sciedum est, q[uo]d ex exterioribus motibus manifeste apparet, in animalibus irrationabilibus esse appetitum motus respectu futuri, & boni, ut patet de spe, & desperatione: & mali, ut patet de timore. hac autem parentia dicit necesseario intellectum ad alteram duarum causarum naturam, scilicet, uel apprehensionem futuri. Oportet enim uel ex instinctu ad hanc moueri, uel ex ipso obiecto cognito. Et si quid ponitur, quod animalia timent, & sperant, non ex cognito futuro, sed ex natura instinctu, minus nobilia ponitur animalia. Manifestū est enim, quod nobilius est appetere per apprehensionem, q[uo]d per naturam, & q[uo]d proprium motuum animalis est appetibile cognitum, ut patet in 3. de anima. unde appetere nō ex obiecto cognito, ex defectu cognitionis punit, & ad ignobilitatē appetētis spectat. si u[er]o creditur q[uo]d animalia

malia timent & sperant ex obiecto futuro cognito, tunc animalia ponuntur nobiliter appetere, ut pote ex propria causa appetitus animalis. Et seruat uniformitas passionum eorum: quoniam sicut amant & odium, delectantur & tristantur animaliter ex propriis obiectis illarum passionum cognitis mota, ita timent & etc. Et licet de nobilitate non sit dubium, de veritate tamen questio est. Cum enim ex possibilitate faciat natura melius, nec ullam perfectionem possibilem inueniri in aliquo genere denegat, & appetere futura cognita, si poneretur, esset non parua perfectio nis in natura sensitua, ad hoc tota quae sitio deuenit, an sit possibile cognoscere futura notitia pure sensitua. Si enim possibile est, negandum nullo pacto est inueniri in animalibus, si autem impossibile, non deficit natura, sed suppletur in finitudo, quod impossibile erat fieri ab obiecto, ut animalia fallerentur. Ad percipiendum autem hoc, oportet cauere ne fallamur, inueniendo cognitionem sensitua in nobis: quoniam in nobis ex coniunctione ad partem in intellectuam plus aliquid fortia est, qua sua puritas se extendit, ut patet de reminiscencia, que est actus partis sensituae, ut dicitur in libro de Memoria & reminiscencia, & tamen soli homini conuenit propter causam iam dictam. Ex actibus quoque ipsorum animalium falli possumus facile, quia cum ex duabus supradictis possit procedere cautus, si una illarum determinate inferatur, erit sophisma consequentis: nec est uoluntarium aut temerarium affirmare appetitum animalium futuri, & dabitur de causa eius, an sit cognitio futuri in appetente existens, an in datore nature: quonia manifeste uidentur, in animalibus quosdam actus ex syllogismo procedentes, ut patet ex supradictis, & tamen causam eorum non dicimus discursum in eis: sed instinctum nature ab arte diuina impressum, ordinate mouentem, sicut in horologio artis ordo relucet, & ordinate sonat, sublatam ergo uia ex experientia in nobis, & ex actibus posterioribus in animalibus, ex ipsa natura cognitionis sensituae & futuri, inuestigandum hoc restat: futurum, cui sit temporis differentia, constat quod perceptibile est sensitua cognitione, quatenus tempus est: quoniam memoria tempus praeteritum cognoscit determinate, ut heri, & indeterminate, ut olim. Memoratur enim & quod heri uidimus, & quod olim non certo nobis die audiuimus hoc: unde si futurum perceptioni sensus re praesentat ex ratione propria, qua futurum est, oportet quod hoc habeat non secundum id, in quo conuenit cum praeterito, & ex hoc apparet, quod futurum ex hoc, quod non est in seipso, non repugnat perceptioni sensituae: in hoc enim conuenit cum praeterito, neutrum enim est in seipso: & tamen illud percipitur memorando: proprium autem futuro, ut distinguitur contra praeteritum & praesens, est non esse, nec fuisse, ac per hoc non immutatur nec immutasse sensum. & quoniam non aliter percipitur tempus a parte sensitua, nisi per immutationem, ideo futurum repugnat perceptioni sensituae. Cuius tempus sit numerus motus secundum prius & posterius, non aliter percipitur sensu ipsi, nisi percipiendo quandam distantiam successiuam ab illa mutatione usque, ad illam, & sic deperdit in parte sensitua hac & illa mutatione percipitur tempus, per quod illius tantum temporis praeteriti meminimus, cuius immutatio aliqua deperdit retinetur, unde cum futuri immutationes non sint in anima praeterita, qua diu futurum est, imperceptibile erit in sensu.

uifu, tamen ex his quae uidet animal in praesenti, mouetur eius appetitus in aliquod futurum, uel persequendum, uel uitandum.

ARTICVLVS IIII.

Utrum spei contrarietur desperatio.

AD QVARTVM sic proceditur. Vnde, desperatio non fit contraria spei. Vnde, n. unum est contrarium, ut dicitur in 10. * Meta. sed spei contrariatur timor: non ergo contrariatur ei desperatio. ¶ 2 Præ. Contraria uidentur esse circa idem: sed spes & desperatio non sunt circa idem: nam spes respicit bonum, desperatio autem est propter aliquod malum impeditiuum adeptiois boni: ergo spes non contrariatur desperatio. ¶ 3 Præ. Motui non contrariatur motus, quies uero opponitur motui, ut priuatio: sed desperatio magis uidetur importare immobilitatem, quam motum: ergo non contrariatur spei, quae importat motum extensionis in bonum speratum.

SED CONTRA est, quod desperatio nominatur per contrarium spei.

RESPON. Dicendum, quod sicut

stia parte futurum, ut sic. Et propterea in litera dicitur, quod bruta non percipiunt futura, sed spes, & similiter timor: & uerbaliter quaelibet passio irascibilis in eis est motus animalis appetitus secundum substantiam, quia est actus secundus elicited ex cognitione, seu obiecto cognito ab appetente causatus: sed est naturalis secundum quid, pro quanto natura supplet, non obiectum cognitum (quia, ut in litera dicitur, ex praesenti cognito sperant) sed proprietatem eius: quia sperant futurum, & non ex futuro ab eis cognitio mouentur. Scito tamen cum his, quod sicut magna est differentia in dicendo, A est futurum, & dicendo, A erit: quoniam cum ueritate prima, fiat falsitas secunda, ut dicitur in De somno & uig. ita in essendo, quoniam ab eo quod res est, vel non est, oratio dicitur uera, vel falsa: & similiter in representando, immutando, & cognoscendo. primum enim ad id, quod in praesenti de futuro praenit, id est causas futuri spectat: secundum ad ipsum quod futurum est, cum enim dicimus pluuia futuram, causas pluuiae significamus ad esse preparatas ad eam, cum autem dicimus, pluuia erit, ipsam pluuiam ponendam in esse dicimus: ubi manifeste liquet, quod si causa ille impediuntur, secundum dictum non fuit uerum, sed primum tantum: & consequenter aliud & aliud esse significabat, ut dictum est. Quia igitur aliud est nosse, quod A, est futurum, & aliud quod A erit, & differunt penes differentiam praesentis & futuri, quia dum cognoscitur quod A, est futurum, cognoscitur praesens preparatio futuri: dum cognoscitur uero quod A erit, cognoscitur ipsum futurum: & sensitua cognitioni non praesens, sed futurum repugnat, consequens est, quod licet sensitua pars non possit percipere quod quam timet, percussio comminatio erit, aut quod captio praedae separata erit, non prohibetur tamen percipere, quod futura est, sicut enim ouis uidens lupum, ex sensu speciebibus elicit, & percipit inimicum: ita canis uidens leporem sic distantem, elicit & percipit praedam futuri. Ni hil uideo huic obitare: futuritio, n. sicut & praeteritio, inter intentiones elicitas ex speciebus sensuatis numeranda uis. pp quod non est extra genus perceptibilium sensu: & est praesens, pp quod immutare potest sensituum partem, & later sub speciebus sensuatis in respectu ad alia animalia. Sicut enim inimicitia defertur cum speciebus sensuatis ex lupo ab oue, & non cum eiusdem sensuatis ab alio lupo: ita intentio futura pluuiae, praedae, lestonis, uindictae &c. defertur animalibus istis, & non aliis, nisi forte quis dicat, quod quia intentio futuri refert non ens: dicit enim habitudinem preparationis ad id, quod futurum est, quod constat non esse, & nisi cognoscatur preparatio illa, ut sic, non percipitur intentio futuri. Sed hoc non obstat uideatur, quia sicut animalia non negantur percipere possibile uel impossibile, ut sunt differentiae potentiarum, ut in litera dicitur in responsione ad secundum: ita nec huiusmodi intentiones futurorum. Quod autem animalia cognoscant possibile eis, uel impossibile, ex eo apparet, quod canis motus ad capiendam coturnicem in aliquanta distantia, eandem coturnicem magis sibi appropinquantem super arborem se locantem miratur, & desistit a motu appetens illam. haec enim diuersitas non ex parte appetitus, sed cognitionis prouenit: permanet siquidem in appetitu, sed apprehendit impossibilem sibi peruenitionem usque ad illam illic, quam prius alibi apprehendebat possibilem: neutrum tamen cognoscit comparando potentiam ad actum,

supradictum est, in mutationibus inuenitur duplex contrarietas. Vna secundum accessum ad contrarios terminos, & talis contrarietas sola inuenitur in passionibus concupiscibilis: sicut amor & odium contrariantur. Alio modo per accessum, & per recessum respectu eiusdem termini, & talis contrarietas inuenitur in passionibus irascibilis, sicut supra dictum est. Obiectum autem spei, quod est bonum arduum, habet quidem rationem attractiuum, prout consideratur cum possibilitate ad piscendum, & sic tendit in ipsum spes, quae importat quaedam accessum: sed secundum quod consideratur cum impossibilitate obtinendi, habet rationem repulsiuum: quia, ut dicitur in 3. * Eth. cum uentum fuerit ad aliquid impossibile, tunc homines discedunt, & sic respicit hoc obiectum desperatio: unde importat motum cuiusdam recessus, & propter hoc contrariatur spei, sicut recessus accessui.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod timor contrariatur spei secundum contrarietatem obiectorum, s. boni & mali. Haec contrarietas inuenitur in passionibus irascibilis, secundum quod deriuantur a passionibus concupiscibilis: sed

dictum non fuit uerum, sed primum tantum: & consequenter aliud & aliud esse significabat, ut dictum est. Quia igitur aliud est nosse, quod A, est futurum, & aliud quod A erit, & differunt penes differentiam praesentis & futuri, quia dum cognoscitur quod A, est futurum, cognoscitur praesens preparatio futuri: dum cognoscitur uero quod A erit, cognoscitur ipsum futurum: & sensitua cognitioni non praesens, sed futurum repugnat, consequens est, quod licet sensitua pars non possit percipere quod quam timet, percussio comminatio erit, aut quod captio praedae separata erit, non prohibetur tamen percipere, quod futura est, sicut enim ouis uidens lupum, ex sensu speciebibus elicit, & percipit inimicum: ita canis uidens leporem sic distantem, elicit & percipit praedam futuri. Ni hil uideo huic obitare: futuritio, n. sicut & praeteritio, inter intentiones elicitas ex speciebus sensuatis numeranda uis. pp quod non est extra genus perceptibilium sensu: & est praesens, pp quod immutare potest sensituum partem, & later sub speciebus sensuatis in respectu ad alia animalia. Sicut enim inimicitia defertur cum speciebus sensuatis ex lupo ab oue, & non cum eiusdem sensuatis ab alio lupo: ita intentio futura pluuiae, praedae, lestonis, uindictae &c. defertur animalibus istis, & non aliis, nisi forte quis dicat, quod quia intentio futuri refert non ens: dicit enim habitudinem preparationis ad id, quod futurum est, quod constat non esse, & nisi cognoscatur preparatio illa, ut sic, non percipitur intentio futuri. Sed hoc non obstat uideatur, quia sicut animalia non negantur percipere possibile uel impossibile, ut sunt differentiae potentiarum, ut in litera dicitur in responsione ad secundum: ita nec huiusmodi intentiones futurorum. Quod autem animalia cognoscant possibile eis, uel impossibile, ex eo apparet, quod canis motus ad capiendam coturnicem in aliquanta distantia, eandem coturnicem magis sibi appropinquantem super arborem se locantem miratur, & desistit a motu appetens illam. haec enim diuersitas non ex parte appetitus, sed cognitionis prouenit: permanet siquidem in appetitu, sed apprehendit impossibilem sibi peruenitionem usque ad illam illic, quam prius alibi apprehendebat possibilem: neutrum tamen cognoscit comparando potentiam ad actum,

actum,

Sn. q. 23. ar. 2. cor. fi. & p. sen. q. ar. i. c. & ad 3. & 3. diff. 26. q. 1. ar. 1. cor. & heri. q. 4. ar. i. c. etc. 17. 10. 3.

q. 23. art. 2.

cap 3. a me dio, tom. 5

actum, aut praesens futuro, aut id quod est ei, quod erit: sic enim cognoscere rationis proprium est: sed simplici praesentatione simul offertur, ut quoddam factibile, aut quoddam imminens, ita quod simul extrema quasi confunduntur oblata. Intellectus enim natus est adunata diuidere, & e contra perfecte: vis autem sensitiua interior riuus quidam nobilis intellectus, nata est etiam distincta quasi unire, simplici tamen indistinctione: propter quod animalia non percipiunt sensu futura, neque possibilia, nisi quae imminet nunc, quasi perceptio eorum non tam se extendat ad futurum, quam ad quoddam praesens cofusum, simili modo quo apud Grammaticos tepus praesens ponitur. Et sic simul saluatur litera, quod animalia non cognoscunt futura: quia non apprehendunt ipsa, ut quia erunt, aut non erunt, quod est proprie cognoscere futura. Et quia etiam ipsa esse futura non apprehendunt nisi imminetia, quod est apprehendere intentionem futuri sub quodam praesenti confuso, & sustinetur quod animalia mouetur ab obiecto proprio, scilicet futuro apprehenso ad timendum, sperandum &c. Apprehendere enim sic intentionem futuri, sufficit ad haec, quod si alicuius satis, meliori innitatur rationi.

passionibus concupiscibilis: sed desperatio contrariatur ei solum secundum contrarietatem accessus & recessus.

AD SECVNDVM dicendum, quod desperatio non respicit malum sub ratione mali: sed per accidens quandoque respicit malum, in quantum facit impossibilitatem adipiscendi: potest autem esse desperatio ex solo super excessu boni.

AD TERTIVM dicendum, quod desperatio non importat solam priuationem spei, sed importat quandam recessum a re desiderata propter aestimatum impossibilitatem adipiscendi, unde desperatio presupponit desiderium, sicut & spes: de eo enim quod sub desiderio nostro non cadit, neque spem, neque desperationem habemus: & propter hoc etiam utrumque eorum est de bono, quod sub desiderio cadit.

ARTICVLVS V.

Utrum causa spei sit experientia.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quod experientia non sit causa spei. Experientia enim ad uim cognitiuam pertinet. unde Philosophus dicit 10 2. * Ethicor. quod uirtus intellectualis indiget experimento & tempore: spes autem non est in uim cognitiua, sed in appetitiua, ut dictum est: ergo experientia non est causa spei.

¶ 2 Praet. Philosophus dicit in 2. Rhet. quod senes sunt difficilius spei propter experientiam. ex quo videtur quod experientia sit causa defectus spei, sed non est idem causa oppositorum: ergo experientia non est causa spei.

¶ 3 Praet. Philosophus dicit in 2. de calo, quod de omnibus enuntiare aliquid, & nihil praetermittere, quandoque est signum stultitiae: sed quod homo tenet omnia, ad magnitudinem spei pertinere uidetur: stultitia autem prouenit ex inexperientia: ergo inexperientia uidetur esse magis causa quam experientia.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 3. * Ethicor. quod aliqui sunt bonae spei propter multoties, & multos uicisse, quod ad experientiam pertinet. ergo experientia est causa spei.

RESPON. Dicendum, quod, sicut supra dictum est, spei obiectum est bonum futurum arduum possibile adipisci. Potest ergo aliquid esse causa spei, uel quia facit homini aliquid esse possibile, uel quia facit eum existimare aliquid esse possibile. Primo modo est causa spei omne illud, quod auget potestatem hominis, sicut diuitiae & fortitudo, & inter caetera etiam experientia: nam per experientiam homo acquirit facultatem aliquid de facili facienda, & ex hoc sequitur spes. unde Vegetius dicit in lib. de re militari. Nemo facere metuit, quod se bene didicisse confidit. Alio modo est

causa spei omne illud, quod facit alicui existimationem, quod aliquid sit sibi possibile: & hoc modo & doctrina, & persuasio qualibet potest esse causa spei: & sic etiam experientia est causa spei, in quantum scilicet per experientiam fit homini existimatio, quod aliquid sit sibi possibile, quod impossibile ante experientiam reputabat. Sed per hunc modum experientia potest esse causa defectus spei, quia sicut per experientiam fit homini existimatio, quod aliquid sibi sit possibile, quod reputabat impossibile: ita e contrario per experientiam fit homini existimatio, quod aliquid non sit sibi possibile, quod possibile existimabat. Sic ergo experientia est causa spei duobus modis: causa autem defectus spei uno modo, & propter hoc magis dicere possumus eam esse causam spei.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod experientia in operabilibus non solum causat scientiam, sed etiam causat quandam habitum propter consuetudinem, quod facit operationem faciliorem, sed & ipsa uirtus intellectualis facit ad potestatem facile operandi: demonstrat etiam aliquid esse possibile, & sic causat spem.

AD SECVNDVM dicendum, quod in senibus est defectus spei propter experientiam, in quantum experientia facit existimationem impossibilis. Unde ibidem subditur, quod eis multa euenerunt in deterius.

AD TERTIVM dicendum, quod stultitia & inexperientia possunt esse causa spei quasi per accidens, remouendo scientiam, propter quam uere existimatur aliquid esse non possibile: unde ea ratione inexperientia est causa spei, qua experientia est causa defectus spei.

ARTICVLVS VI.

Utrum in iuuenibus & in ebriosis abundet spes.

AD SEXTVM sic proceditur. Utrum iuuentus & ebrietas non sint causa spei. Spes enim importat quandam certitudinem & firmitatem. Unde ad Hebr. 5. Spes comparatur ancorae, sed iuuenes & ebrii deficiunt a firmitate: habent enim animum de facili mutabilem. ergo iuuentus & ebrietas non est causa spei.

¶ 2 Praet. Ea quae augent potestatem, maxime funt causa spei, ut supra dictum est: sed iuuentus & ebrietas quaedam infirmitatem habent adiuuantem, ergo non sunt causa spei.

¶ 3 Praet. Experientia est causa spei, ut dictum est, sed iuuenibus experientia deficit. ergo iuuentus non est causa spei.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 3. Ethicor. quod inebriati sunt bene sperantes, & in 2. Rhet. dicitur, quod iuuenes sunt bonae spei.

RESPON. Dicendum, quod iuuentus est causa spei propter tria, ut Philosophus dicit in 2. Rhet. * & haec tria possunt accipi secundum tres condiciones boni, quod est obiectum spei, quod est futurum, & arduum, & possibile, ut dictum est. Iuuenes enim multum habent de futuro, & parum de praeterito: & ideo, quia memoria est praeteriti, spes autem futuri, parum habent de memoria, sed multum uiuunt in spe. Iuuenes etiam propter caliditatem naturae habent multos spiritus, & ita in eis cor ampliat: ex amplitudine autem cordis est, quod aliquis ad ardua tendat: & ideo iuuenes sunt animosi, & bonae spei. Similiter etiam illi qui non sunt passim repulsam, nec experti impedimenta in suis conatibus, de facili reputant aliquid sibi possibile: unde & iuuenes propter inexperientiam impedimentorum & defectuum, de facili reputant aliquid sibi possibile, & ideo sunt bonae spei. Duo etiam istorum sunt in ebriosis. scilicet caliditas, & multiplicatio spirituum propter uinum. Et iterum inconsideratio periculorum, uel defectuum. Et propter eandem rationem sunt omnes stulti, & deliberatione non utentes, omnia tentant, & sunt bonae spei.

Inf. q. 42. ar. 5. ad 1. & q. 45. ar. 3. cor.
in prin. 2. li. Ethic.
Ar. 1. huius q. 7. ca. 13. circa med. to. 6.
tex. 34. to. 2.
c. 8. iter fin. & me. to. 5. ar. 1. huius q.

Supra q. ar. 4. ad inf. q. 63. 4. ad 3. 3. q. 7. cor. 8. ar. 6. ad ver. q. 4. 3. cor. Lib. 4. q. 10. 5. q. 3. ad 2. q. 33. ar. Glo. in p. ar. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ in iuuenibus, & A in ebris licet non sit firmitas secundum rei ueritatē, est tamen in eis secundum eorum æstimationem; reputant enim se firmiter assecuturos illud quod sperant. Et similiter dicendum ad secundum, quod iuuenes & ebris habent quidem infirmitatem secundum rei ueritatem, sed secundum eorū existimationē hēnt potestatem, quia suos defectus non cognoscunt.

AD III. Dicendum, quod nō solū experientia, sed et̄ inexperientia est quodāmodo cā spei, ut dictū est. *

ARTICVLVS VII.

Vtrum spes sit causa amoris.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Vñ, quod spes non sit cā amoris, quia secundum Aug. 14. de Ciui. Dei. * Prima affectionum animæ est amor, sed spes est quædam affectio animæ. amor ergo præcedit spem. non ergo spes causat amorem.

¶ 2 Præt. Desiderium præcedit spem: sed desiderium causatur ex amore, ut dictum est. ¶ ergo etiam spes sequitur amorem. non ergo causat ipsum.

¶ 3 Præt. Spes causat delectationem, ut supra dictum est. * sed delectatio non est nisi de amato. ergo amor præcedit spem.

SED CONTRA est, qđ dñs Matth. 1. super Illud, Abraham genuit Isaac. Isaac autē genuit Iacob: dicit glo. ¶ id est, fides spem, spes charitatem, charitas autem est amor. ergo amor causatur a spe.

RESPON. Dicendum, q̄ spes duo respicere potest. Respicit enim sicut obiectum, bonum speratum: sed quia bonum speratum est arduum possibile, aliquādo autem fit aliquod arduum possibile nobis, nō p̄ nos, sed per alios, ideo spes etiam respicit illud, per quod fit nobis aliquid possibile. Inquantū igit spes respicit bonum speratum, spes ex amore causatur, non enim est spes nisi de bono desiderato & amato. inquantū uero spes respicit illud, per quem fit aliquid nobis possibile, sic amor causatur ex spe, & non eod̄ uerso. Ex hoc enim, quod per aliquem speramus nobis posse prouenire bona, mouemur in ipsum sicut in bonum nostrum, & sic incipimus ipsum amare. Ex hoc autem quod amamus aliquem, nō speramus de eo nisi per accidens, inquantum. sc̄. credimus nos reamari ab ipso. un̄ amari ab aliquo facit nos sperare de eo, sed amor eius causatur ex spe, quam de eo habemus. Et per hec patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum spes conferat ad operationem, uel magis impediat.

AD OCTAVVM sic proceditur. Vñ, q̄ spes non adiuuat operatiōem, sed magis impediat. Ad spem enim securitas pertinet, sed securitas parit negligentiam, quæ impedit operationem. ergo spes impedit operationem.

¶ 2 Præt. Tristitia impedit operationem, ut supra dictum est. ¶ sed spes quandoque causat tristitiā, dicitur enim prouerbiorū decimo quarto. Spes quæ differtur, affligit animam. ergo spes impedit operationem.

¶ 3 Præt. Desperatio contrariatur spei, ut dictū est, * sed desperatio maxime in rebus bellicis adiuuat operationē, dicitur enim 2. Reg. 12. quod periculosa res est desperatio. ergo spes facit contrarium effectum, impediendo scilicet operationem.

SED CONTRA est, quod dicitur 1. ad. Corinthi. 9.

Quod qui arat, debet arare in spe fructus percipiendi, & eadem ratio est in omnibus aliis.

RESPON. Dicendum, q̄ spes per se habet quod adiuuet operationem intendēdo ipsam, & hoc ex duobus. Primo, quidem ex ratione sui obiecti, quod est bonum arduum possibile. existimatio enim ardui excitat attentionem, existimatio uerō possibilis non retardat conatum, unde sequitur quod hō intēte operetur propter spem. Secundo uero ex ratione sui effectus, spes enim, ut supra dictum est, * causat delectationem, quæ adiuuat operationem, ut supra dictū est: unde spes operationem adiuuat.

q. 32. artic. 3. ad 2. & q. 33. ar. 4. & q. 35. ar. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ spes respicit bonū consequendum, securitas autem respicit malum uitandum, unde securitas magis uidetur opponi timori, quā ad spem pertinere, & tamen securitas non causat negligentiam, nisi inquantum diminuit existimationem ardui, in quo etiam diminuitur ratio spei. Illa enim in quibus homo nullum impedimentum timet, quasi iam non reputantur ardua.

AD SECUNDVM dicendum, quod spes per se causat delectationem, sed per accidens est, ut causet tristitiam, ut supra dictum est. *

AD TERTIUM dicendum, quod desperatio in bello fit periculosa propter aliquam spem adiunctam. Illi enim qui desperant de fuga, debilitantur in fugiēdo, sed sperant mortem suam uindicare, & ideo ex hac spe acrius pugnant, unde periculosi hostibus fiunt.

q. 32. ar. 3. ad 2.

QVAESTIO XLI.

¶ Super quæst. quadragessimam primam am.

De timore secundum se, in quatuor articulos diuisa.

Onsequenter considerandum est primò de timore, & scđo de audacia.

Circa timorē cōsideranda sunt quatuor. Primò, De ipso timore. Secundo, De obiecto eius. Tertio, De causa ipsius. Quarto, De effectu.

D CIRCA primum quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum timor sit passio animæ.

¶ Secundo, Vtrū sit sp̄alis passio.

¶ Tertio, Vtrū sit aliquis timor naturalis.

¶ Quarto, de speciebus timoris.

ARTICVLVS I.

Vtrum timor sit passio animæ.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, q̄ timor non sit passio animæ. Dicit. n. Dama. in li. 3. * quod timor est virtus secundum sytolen, id est, contradictiōnē essentiaē desideratiua, sed nulla uirtus est passio, ut probat in secūdo Eth. ¶ ergo timor nō ē passio. ¶ 2 Præt. Omnis passio ē effectus ex præsentiā agētis pueniens, sed timor nō est de aliquo præsenti, sed de futuro, ut Dam. * dicit in 2. lib. ergo timor non est passio.

IN tota q. 41. nihil mihi occurrit scribendum, nisi quod aduertat, admirationē ab Arist. in 1. Rhe. poni concupiscentiā, a Dam. uerō timorē, aut quia communius ea usus est Arist. iste uerō specialiter, ut ē respectu difficilis mali, aut quia utraq; passio in admiratione clauditur, scilicet concupiscentia & timor, & ratione illius delectat, rōne illius non. Et quoniam experimur admirantes nos delectari, ut superius dictum est, admiratio magis concupiscentiā, quā timoris habet, uidetur tamen aliquid timoris tempore habere, dum timet malum difficultatis, ut in responsione ad quartum, uel potius iudicii, ut in responsione ad ultimum dicitur. utrunque enim malum præsto est admiranti, laboris scilicet & erroris, sed hoc communius uidetur.

Inf. ar. 3. co.

Cap. 23. συστολη κατὰ δύναμιν

Cap. 5. to. 5. Ca. 12 in fin.

¶ Super